

aquis, sibi illas inclusas nō retinent, sed in ter-
ram sitientem & aridam illas dimitunt atq;
exonerant: sic tu opibus tanquam aqua recre-
andis tenuibus accōmoda instruētus, eorun-
dem sitim & egestatem reficere debes. Nec
te conturbet, quod non raro accidat, tuam
beneficentiam in homines indignos collo-
cari. Sicut enim succisa arbor, in quamcunq;
partem cadit, australēm seu dextram, aquilo-
narem sive sinistram, domino Soli in quo
crescit, sine dubio cedit: sic cautionem in-
dando adhibens, quā Deus in verbo mandat,
liberalitatis tuæ fructu nō privaberis, qualis-
cunq; sit qui illā ad alienum usum transfert.

V E R. 4. *Qui observat ventum, non seminabit,
& qui respicit addensas nubes, non metet.*

Non ignoro multa esse, quæ depravata ra-
tio dictabit, quod tuum in dando studium
frangat: paupertatem tibi ipsi obrepere pos-
se: numerosam prolem aut jam premere, aut
deinceps tibi imminere, & alia hujus generis
quamplurima. Sed sicut parum providus
agricola est, qui vento ne seimentem faciat, &
cælo nubibus asperso ne metat absterretur,
utpote qui vano metu, optato fructu orba-
tur: sic qui depravatæ naturæ ratiociniis au-
rem præbet, pro inerte pietatis discipulo ha-
bendus erit, qui seimentem beneficentiae in
pauperes nullam faciens, nullam divinæ
gratiæ